



Per.
Lat
020

Moderator ephemeridis STEPHANUS SZÉKELY DR.
Budapestini, Üllői-út 71., ad quem epistolae et
□□□□□□ manuscripta mittantur. □□□□□□

Administrator ephemeridis ADALBERTUS DANCZER
Budapestini, VIII., József-körút 48., ad quem
□□□□ pecuniae quaecunq̄ue dirigantur. □□□□

Prodit Budapestini Calendis et Idibus cuiusque mensis, excepto Iulio et Augusto. — Pretium annuae
□□□□ subscriptionis : 4 coronae, semestris 2 coronae, extra Hungariam annuae 5 coronae. □□□□


Mensis Martius.

Ex quo tempore Numa Pompilius decem mensibus anni Ianuarius et Februarius praeposuerat, Martius desiit¹ esse primus. Tamen Calendae Martiae, dies natalis Martis dei, perpetuo² non sine maximo celebrabantur splendore.³

Quibus Calendis populus frequentissimus⁴ in forum fluctuabat,⁵ ut adstaret regiae,⁶ ubi ancilia⁷ sacra cum hastis sacris custodiebantur. Postquam ibi pontifex maximus sacra fecit, pompa⁸ publica in Capitolium ducebatur. Ante templa altariaque Quirites substiterunt⁹ et sacerdotes *Salii* ad modos¹⁰ sanctos *saltantes*,¹¹ baculis¹² ancilia pulsabant.¹³

Eodem die, festis Matronalibus, matronae¹⁴ Romanae in aedem Iunonis, dei matris, se conferebant, ubi coronis¹⁵ redimitae,¹⁶ pro maritis¹⁶

uxoribusque vota¹⁷ suscipientes,¹⁷ flores sacrificabant. Qui mos iam inde a temporibus regis Romuli exstitisse videtur.



¹ desino megszűnik ² állandóan ³ fény ⁴ nagy számban ⁵ hullámzik ⁶ a pontifex maximus hivatalos lakása ⁷ ancile pajzs ⁸ körmenet ⁹ megáll ¹⁰ dallam ¹¹ táncol ¹² bot ¹³ ütőget ¹⁴ hölgy ¹⁵ megkoszorúz ¹⁶ férj ¹⁷ imádkozik

Primitiae¹⁸ cuiusque anni offerebantur Marti, a quo agricola messem¹⁹ felicem precabatur eidemque pro prospero²⁰ eventu gratias agebat.

Romae in monte Palatino Mars antiquissimus colebatur, deinde in Campo Martio, tum nomine Quirini in colle Quirinali. Hic honor maximus ei tribuebatur, et quia pater erat Romuli, conditoris Romae, et quia deus erat populi armati, quem ad tot victorias eductum orbis terra-

rum dominum fecit. Huic igitur deo mensis Martius sanctus erat, qui a Marte nomen duxit.

In pictura iuvenem vides, in saxo sedentem. Manu sinistra gladium tenet, cum Amor parvulus ad patris pedes sedeat; parma²¹ saxo acclinatur.²²

Statua Martis, qui dicitur Ludovisius, Romae asservatur.²³

¹⁸ zsengéi ¹⁹ aratás ²⁰ kedvező ²¹ pajzs ²² támaszkodik ²³ őriz.

Ad Crucifixum.¹

Scrpsit Franciscus Faludi. Latine reddidit Iosephus Irsik.

Christiani plangite,²
Cordis vos³ angite;³
Intus⁴ contristamini⁵
Morte Iesu Domini.

Vae! non est misericors,⁶
Quem non tangit Tua sors;
Quem Tui non miseret,⁷
Te quod in cruce videt.


Sancta Tua vulnera,
Membra dire⁸ lacera⁹
Qui non lacrimans videt,
Vivam fidem non habet.

Saxum durum scinditur,¹⁰
Sol tenebris mergitur;¹¹
Commoventur omnia,
Nisi¹² proles impia.

Defle tua scelera;
Ah homo, considera¹³
Pro te Dei Filium
Esse morti deditum.

Már hamvazószerdán felhangzik a templomban ez a hires nagybőjti ének.

¹ feszület ² sír ³ búsul ⁴ bensőleg ⁵ szomorkodik ⁶ irgalmas ⁷ sajnál ⁸ kegyetlenül ⁹ marcangolt ¹⁰ hasad ¹¹ merül ¹² kivéve ¹³ meggondol.



Ne sutor¹ ultra crepidam.²

Apelles, unus e clarissimis Graeciae pictoribus picturam confecit magnificentissimam. Multos enim annos in conficiendo opere consumpsit,³ itaque non est mirum⁴ ab omnibus aequalibus⁵ illam picturam pulcherrimam iudicatam esse.

Attamen Apelles omnes pictores aliosque artis⁶ peritos⁶ et imperitos rogavit, ut, quod sentirent, libere iudicarent. «Iam ego corrigam etiam vitium minimum, ut opus absolutum⁷ fiat» — ait Apelles.

Multi homines convenerunt iudicium facturi. Sed ne minimum quidem vitium repertum est. Inter ceteros sutor etiam apparuit et artis suae memor,⁸ imprimis calceos⁹ spectare coepit et nescio quam levitatem⁹ artificii ostendit. Hic sutori gratias egit et vitium istud minimum statim correxit.


Sed tunc iam fiducia¹⁰ sutor affectus¹⁰ liberius loqui et iudicium de picturā ferre coepit vituperatis¹¹ talibus, quae maxima laude digna erant. At Apelles irā superbiāque iustā incitatus: «Ne sutor ultra crepidam» — exclamavit.

Ex eo tempore haec sententia Apellis proverbium evasit¹² et si quis de rebus iudicat, quae non intelligit, semper auditur illud: «Ne sutor ultra crepidam». F. Major.

¹ varga ² saru ³ eltölt ⁴ csoda ⁵ kortárs ⁶ műértő ⁷ tökéletes ⁸ «híven» ⁹ semmiség ¹⁰ elbizakodva ¹¹ kicsinyel ¹² lett.

De Pompeis. XI.

Pompei sunt urbs mortuorum. Sed Pompeis dignior est hoc nomine via sepulcrorum, prope portam Herculanensem. Omnes fere viae, quae ex urbibus antiquis educebant, monumentis mortuorum frequentes¹ erant. In via sepulcrorum Pompeiana ab utroque² latere² monumenta conspiciuntur, ut ante³ urbem³ sepultam³ posita sunt.




Prope portam Herculanensem a sinistra aedicula⁴ concamerata⁴ cernitur, in qua olim statua mortui collocata erat, cum altari sacris faciendis; inscriptio indicat M. Cerinium Restitutum, Augustalem,⁵ cuius sepulcro decuriones⁶ locum donaverunt. Augustales erant collegium libertorum, quorum⁷ erat⁷ cultui Caesarum inservire.⁸ Haec est aedicula,⁴ ubi eruptione ignium Vesuvii excubitor,⁹ qui locum relinquere noluerit, interiisse dicitur. Re vera nec tugurioli,¹⁰ nec corporis humani reliquiae reperiebantur.

Circa mediam viam conspicuum est monumentum maius, in quo aediculae urnis¹¹ collocandis videntur. Huiusce generis sepulcra columbaria¹² dicuntur.

In ultima via in¹³ conspectum¹³ cadit¹³ M. Arrii Diomedis, Arriae libertini sepulcrum, quod dominae, sibi suisque fecit. Ab huius nomine impositum est vocabulum¹⁴ villae, quae ex¹⁵ adverso¹⁵ sita est.

Ante villam, quae nunc Diomedis dicitur, duorum hominum ossa inventa sunt: alter anulo¹⁶ aureo in digito, in manu clavibus¹⁷

duabus, circum se decem nummi aurei et octoginta octo argentei. Hic dominus, alter servus fuisse existimatur. Utrique in¹⁸ aperta¹⁸ fugituri morte oppressi videntur. Fabula, quam nomine «Ultimi




Pompeiorum dies» Bulwerus

Britannus commentus¹⁹ est,¹⁹ cum his hominibus cohaeret. Mortem obierunt terribiliorem duodeviginti adulti²⁰ et duo liberi, quorum ossa in villae cella vinaria inventa sunt.

Multae sunt urbes antiquae, opulentiores maiorisque²¹ momenti,²¹ sed serie²² annorum victu²³ et cultu²³ incolarum adeo commutatae sunt, ut vix vestigia²⁴ antiquitatis in eorum statu hodierno reperire possimus. Aliter se res habet Pompeis, ubi calamitas — posteris²⁵ grata — urbem nobis servavit, qualis erat mille et octingentis annis ante, ubi cuique humani generis historiae studioso, fratrum, patrum atque avorum nostrorum vita se¹⁸ etiam hodie offert.¹³

¹ tele, «szegélyezve» ² mindkét oldalán ³ v. ö. a. Chr. n. ⁴ boltozatos fülke ⁵ papi testület (eredetileg Augustus tiszteletére) ⁶ egy-egy vidéki város tanácsának a tagja ⁷ kiknek kötelessége volt ⁸ szolgál ⁹ ör ¹⁰ őrházikó ¹¹ hamuveder ¹² «galambduc» ¹³ szembe-tűnik ¹⁴ elnevezés ¹⁵ szemben ¹⁶ gyűrű ¹⁷ kulcs ¹⁸ szabadba ¹⁹ comminiscor kigondol, költ ²⁰ felnőtt ²¹ fontosabb ²² során ²³ életviszonyok ²⁴ a nyom ²⁵ utódok.



LECTORIBUS MINIMIS.

Argonautae. II.

Aeetes sortem non effugit. Apollo enim Peliae, qui Jolci¹ regnabat, suaserat,² ut eum hominem caveret,³ qui cum crepidā⁴ unā veniret. Ac primo quidem Pelias rex nescivit, quid deus vellet, postea vero intellexit.⁵

¹ Jolcusban ² tanácsol ³ kerül ⁴ saru ⁵ megért

Cum enim Neptuno prope mare sacrificaret, et alios et Iasonem, Aesonis filium invitavit. Qui cum ex agris ad sacrificium properaret, flumen transgrediens⁶ unam crepidam in aqua amiserat.⁷ Cum Pelias hoc vidisset, intellexit se Iasonem cavere⁸ debere.⁸ Itaque eum interrogavit: «Quid faceres, si oraculum⁹ tibi praedixisset te interfectum¹⁰ iri¹⁰ ab aliquo viro?» Iason respondit: «Iuberem eum vellus aureum afferre».¹¹ Tum Pelias dixit: «Igitur abi in Colchidem et affer vellus, quia mihi Apollo suavit,² ut eum hominem caverem, qui cum una crepida venturus esset». Rex enim speravit Iasonem in hac expeditione¹² interitum¹³ esse.¹³

Iason igitur Argum advocavit, Phrixi filium, qui Minervae ope¹⁴ navem maximam aedificavit, quae ab opifice¹⁵ *Argo* appellata est. In prora¹⁶ autem Minerva lignum¹⁷ posuit,¹⁸ quod loqui sciebat. Postquam navis exstructa¹⁹ est, Iason omnes principes²⁰ Graeciae convocavit et cum iis profectus²¹ est.²¹

Primum delati²² sunt Salmydessum,²³ urbem Thraciae, ubi caecus²⁴ Phineus habitabat. Caecatum²⁵ esse²⁵ dicunt a diis, quia hominibus futura praedixerat.²⁶ Praeterea autem dii etiam Harpyias miserant, monstra²⁷ volucris,²⁸ quae Phineo epulanti²⁹ ex aëre devolantes auferebant³⁰ cibos.


Verba publica.

Omne³¹ tulit³¹ punctum,³¹ qui miscuit³² utile dulci.³³ — Omne trinum³⁴ perfectum.³⁵ — Omnia³⁶ mea³⁶ mecum porto. — Omnia praeclara³⁷ rara (sunt). — Omnia vincit amor. — Omnis ars est imitatio³⁸ naturae. — Omnium rerum principia³⁹ parva sunt. — Omnium vitiorum⁴⁰ fundamentum⁴¹ est

⁶ átkel ⁷ elveszít ⁸ kell ⁹ jóslat ¹⁰ hogy meg fogsz öletni ¹¹ elhoz ¹² vállalkozás ¹³ hogy el fog pusztulni ¹⁴ segítségével ¹⁵ művész ¹⁶ a hajó elő részében ¹⁷ fa ¹⁸ tesz ¹⁹ elkészít ²⁰ fejedelem ²¹ elindult ²² deferor levitetik, «jut» ²³ Salmydessusba ²⁴ vak ²⁵ hogy megvakított ²⁶ megjósol ²⁷ monstrum szörny ²⁸ volucris szárnyas ²⁹ epulor étkezik ³⁰ elvisz ³¹ minden szavazatot nyert = közeli-merésben részesült ³² misceo kever ³³ a kellemes-sel ³⁴ hármassal ³⁵ teljes, tökéletes ³⁶ mindenemet ³⁷ híres ³⁸ utáztat ³⁹ principium kezdet ⁴⁰ vitium véték ⁴¹ alap

avaritia.⁴² — O praeclarum ovium custodem,⁴³ lupum! — O, quanta species⁴⁴... cerebrum⁴⁵ non habet! — Ora et labora! — Oratio pro⁴⁶ domo.⁴⁶ — O sancta simplicitas!⁴⁷ — Ossa⁴⁸ et pellis⁴⁹ totus est. — O tempora, o mores!

⁴² fősvénység ⁴³ custos őr ⁴⁴ alak ⁴⁵ agy (a róka szava, mikor üres álarcot talált) ⁴⁶ saját háza érdekében (mikor valaki csak a saját érdekét nézi) ⁴⁷ egyszerűség ⁴⁸ os csont ⁴⁹ bőr.



De olympiade Holmiensi, de qua nuper verba fecimus, planiora¹ referre¹ possumus. Olympias enim anni 1912. mense Iulio fiet. Primis diebus certamina retibus² in² caespite² positus² et glandibus³ in³ orbis³ mittendis³ ponentur. Certamen ipsum Olympicum a Nonis Iuliis usque ad diem, qui erit futurus post Idus Iulias, parabitur. Per septem insequentibus diebus certamina equestria, ultimis vero Iulii diebus certationes navigandi parantur. Praeter haec certabitur natando quoque, sed non minus allicientur⁴ animi⁴ spectantium⁴ pentathlo, quod Graeco vocabulo quinque generum certationes significat. Erit autem currendi, alte et procul saliendi, natandi, equitandi, batuendi.⁵


¹ bővebben közöl ² lawn-tennis ³ célbalövés ⁴ érdekli a nézőt ⁵ vív.



Fossa¹ Panamensis, qua America Septentrionalis² a Meridiana³ dividetur, in dies accrescit.⁴ Adhuc sexcenties⁵ quinquagies⁵ centena⁵ millia⁵ metrorum cubicorum terreni⁶ eruta sunt; eruenda sunt octingenties⁷

¹ csatorna ² északi ³ déli ⁴ nő ⁵ 65,000.000 ⁶ terrenum föld ⁷ 80,000.000

centena⁷ millia⁷ cubica. Nunc viginti quinque millia hominum impedimentis⁸ naturae superandis operam dant. Pictura vallem



ostendit, ubi ante aliquot menses montium moles⁹ attollebantur.¹⁰

⁸ akadály ⁹ tömeg ¹⁰ emelkedik.




In Galliae oppido Douzy aëronauta Noel cum Della Torre Italo subvolans¹ ex altitudine octoginta metrorum delapsus est. Utrique mortui sunt.

Antverpiā Bognier aëronauta sublatus¹ calamitatem accepisse nuntiatur. Puppi² enim aëroplani fractā Bognier decidit, qui nunc sine ulla sanationis³ spe iacet.

Maximilianus Meyer, qui dominus⁴ erat receptaculi⁵ curruum,⁶ vi⁶ electricā⁶ motorum,⁶ his ultimis temporibus multum pecuniae in artem volandi contulit,⁷ sed spes eius irritae⁸ cadebant,⁸ itaque mortem suā manū sibi conscivit.⁹

Fabre aëronauta Gallicus, qui aëroplano suo, cui nomen Polyphemi indidit, aquā subvolare et in aquae superficiem¹⁰ demitti potest, Nicaeā¹¹ in Cynnum¹² insulam volaturus est.

¹ felszáll ² hátsóréssz ³ gyógyulás ⁴ tulajdonos
⁵ szin ⁶ automobil ⁷ ráfordít ⁸ meghiusul ⁹ okoz
¹⁰ felület ¹¹ Nizza ¹² Corsica.



D'Estournelles de Constant baro, qui laudator indefessus¹ pacis gentium² conciliandae³ nobis quoque notus est, Parisiis nummo aureo legati Nobeliani⁴ honorabatur. Pax aeterna, aetas aurea omnibus hominibus exoptata est,⁵ itaque baroni nobili nos quoque precamur, ut sodalitatem⁶ gentium in vita videre possit.

In urbe Szeged incendio deletum est viae ferratae officina⁷ plaustris⁷ reficiendis.⁷ Mille operariis⁸ hoc incendio locus victum⁹ quaeritandi⁹ ademptus est.

In Ponto¹⁰ Euxino¹⁰ procellis¹¹ ingentibus naves plurimae afflictatae sunt. Pars earum in¹² vada¹² illisae,¹² pars fractatae sunt.

Samuel Sárkány Lutheranorum episcopus, qui aetatis¹³ iam excusationem¹³ accepit,¹³ annos 82 natus in oppidulo Pilis mortem obiit.

Parisiis nuntius affertur, quo omnium admiratio commoveatur. Telegraphum enim de summā turri Eiffeliana in Canadam sine filo missum rite¹⁴ acceptum est. Quae loca 6000 chiliometra inter se distant.

In Galliae regione¹⁵ Auturae¹⁶ et Ligeris¹⁶ conflictione¹⁷ vecturae¹⁸ citatoris¹⁸ viae ferratae cum vectura¹⁹ mercium¹⁹ calamitas maxima orta est. Conflictione enim plaustra²⁰ viae ferratae igni corripiebantur, ita ut pars vectorum²¹ oblisi,²² pars combusti²³ sint.

Brun, rerum²⁴ bellicarum²⁴ per Galliam summus²⁴ praefectus²⁴ morte repentina decessit. Rei²⁵ publicae²⁵ conventus²⁵ ad maestitiam²⁶ publicam demonstrandam dimissus²⁵ est.²⁵

¹ fāradhatatlan ² nemzetközi ³ létesít ⁴ l. a 38. lapot! ⁵ kívánatos ⁶ testvéresülés ⁷ kocsijavító műhely ⁸ munkás ⁹ kenyérkereset ¹⁰ Fekete-tenger ¹¹ vihar ¹² zátonyra jut ¹³ nyugalomban van ¹⁴ szabályszerűen ¹⁵ megye ¹⁶ Eure et Loire ¹⁷ összejutkozás ¹⁸ gyorsvonat ¹⁹ tehervonat ²⁰ kocs ²¹ utas ²² agyonnyom ²³ összeéget ²⁴ hadügyminiszter ²⁵ országgyűlés tanácskozásait félbeszakítja ²⁶ gyász

Bituminis²⁷ **flabilis**²⁷ iam mentionem fecimus (pag. 21.). In pago Kissármás, qui circa 500 chiliometra distat a regni capite, singulis diebus circa centies centena millia metrorum cubicorum bituminis flabilis e terra prorumpunt, cum ad lumina²⁸ urbis²⁸ pernoctantia²⁸ ducentis millibus opus sit. In quorum manibus res posita est, iam de conditionibus tractant, quibus bitumen per fistulas²⁹ Budapestinum duci possit.

Romae in Via Labicana statua Augusti senis — praeter brachia porrecta³⁰ et pedes — satis integra³¹ inventa est. Statua, e variis marmoris generibus confecta, quo³² est artis³² signo³² fideque³³ historiae³³ notata, maximi pretii dicitur.

Ex America cladis ingentissimae nuntius affertur. In lacu enim Ontario, novissime congelato³⁴ aliquot circuli³⁵ gymnici certamina soleis³⁶ ferratis³⁶ currendi posuerunt, qua occasione glacie dirupta³⁷ circa octoginta socii lacu mersi³⁸ sunt.

De Artium³⁹ **Liberalium**³⁹ Museo Hungarico pictura Iacobi Tintoretto, artificis celeberrimi furto⁴⁰ subducta⁴⁰ est. Sed fur tantum nonnullos dies furto⁴¹ gaudere potuit, quia comprehensus⁴² in custodiam dabatur.

Rudolphus comes Lignyville, succenturio⁴³ Gallicus propinquus domus regnatricis Habsburgicae, nuper regem nostrum visitavit, a quo familiariter exceptus est. Familia enim illa Gallica ab iisdem ducibus Lotharingicis originem⁴⁴ ducit,⁴⁴ a quibus Habsburgorum gens.

Germania luctu⁴⁵ afflicta est: *Fridericus Uhde*, pictor clarissimus aetatis anno sexagesimo tertio, *Fridericus Spielhagen* scriptorum illustrissimus anno septingentesimo altero mortuus est. Ex operibus alterius, ad cuius artem excolendam⁴⁶ Munkácsy noster maximi⁴⁷ momenti⁴⁷ erat, exemplar etiam in Artium³⁹ Liberalium³⁹ Museo Budapestinensi spectare potes, pars fabularum⁴⁸ Romanensium⁴⁸ Spielhagenii in nostrum quoque sermonem conversae sunt.

27 földgáz 28 éjjeli világítás 29 cső 30 kinyújtott
31 ép állapotban 32 amilyen műbecsű 33 történelmi
hűség 34 befagy 35 egyesület 36 korszolya 37 reped
38 elmerül 39 szépművészet 40 ellop 41 furto lopás
42 elfog 43 főhadnagy 44 származását levezeti 45 gyász
46 fejlődik 47 nagyhatású 48 regény.

Quo vadis? III.

Ad fabulam *Henrici Sienkiewiczii* latine scripsit *Adalbertus Danczer*.

Petronius nunc de aliquot amicis et familiaribus¹ cum Vinicio colloqui coeperat. Inter alios etiam Auli Plautii mentionem² fecit. Hoc nomine audito Vinicius repente tam vehementer commotus³ est, ut ore confuso⁴ coram⁵ avunculo staret et ingenue profiteretur,⁶ se novissime aliquot dies in domo Plautii transegisse.

— Quando et quomodo Plautio notus esse coepisti? interrogavit Petronius, sermonem iuvenis abrumpens.⁷

— Nuper extra urbem inter ambulandum lacertum⁸ mihi luxavi,⁸ cumque auxilii inops humi iacerem, Aulus forte praetervectus,⁹ me statim in villam suam transferri iussit, ubi medici Meronis arte sanatus sum.

Tum avunculo percontanti¹⁰ iuvenis erubescens¹¹ professus⁶ est se in domo Plautii aliquoties puellam venustissimam vidisse, quae Lygia seu Callina appellatur. Eius imaginem sibi usque obversari, neque prius se conquiescere¹² posse, quam puellam domi habiturus esset.

— Si serva est, emi poterit.

— Non est serva.

— An forte liberta¹³ Plautii?

— Non est liberta; filia est regis Lygiorum et obses¹⁴ Romae retenta simul cum Plautii filio ab uxore, Pomponia Graecina educatur.

— Optime vero, sed quid me vis facere?


— Fac, quaeso, ut illam adipisci possim.

— Ignorare videris et Plautium et Pomponiam Graecinam. Ambo Lygiam, ut filiam adamaverant. Haud facile crediderim me hac in re apud Plautium vel uxorem quidquam profecturum¹⁵ esse. Nihilominus libentissime tibi operam¹⁶ meam offero. Remigrabant¹⁷ iam in domum urbanam?

— Ante biduum¹⁸ reliquerunt suburbanum,¹⁹ respondit Marcus.

1 pajtás 2 említés 3 megindul 4 zavart 5 előtt
6 megvall 7 megszakít 8 karját kifecamítja 9 elhalad
10 kérdezősködik 11 pirul 12 nyugszik 13 szabadon
bocsátott rabszolganő 14 tús. 15 kieszközöl 16 segítség
17 visszatér 18 két nap 19 jószág Róma mellett

Petronius animi²⁰ iuvenis impetum²⁰ sedaturus²¹ cum Vinicio lecticam ascendens primum ad Idomenum gemmarium, tum rectā viā ad Plautium se portari iussit.



In lectica Petronius cum iuvene de libro suo novissimo, de «Coenā Trimalchionis» colloquebatur. Carminum enim, ex quo Nero quoque poëmata scripserat, taedio²² tenebatur,²² adeo ut ne ad legenda quidem carmina atque audienda animum inducere²³ potuerit.

Lecticarii solito²⁴ citius²⁴ ad domum Auli pervenerunt. Ostiarius validus aperuit ianuam atrii, ubi pica²⁵ clarā voce intrantes salutavit.

— Observastine hic servos catenis²⁶ prorsus²⁷ carere?²⁸ interrogavit Marcus avunculum.

— Est domus haec mirifica! respondit voce²⁹ submissa²⁹ Petronius. Audisti, credo, Pomponiam Graecinam cultricem³⁰ esse superstitionis³¹ illius orientalis, quae in cultu³² «Chresti» posita videatur.

Servus interea hospites advenisse nuntiavit. Memento³³ temporis³³ aderat Aulus Plautius, qui, quamquam bellator³⁴ intrepidus, intimo familiari¹ Neronis conspecto paulisper contremuit.³⁵

— Gratias tibi actum veni, Aule Plauti, pro diligenti curatione³⁶ Vinicii, propinqui mei, dixit Petronius.

— Salve, Petroni tuque Marce Vinici, respondit senex voce benigna, cum repente laetus risus puerilis audiebatur.

— Aule, subiecit Petronius, concedas, ut hunc risum clarum ex propinquo audire possim. Risus his temporibus in dies rarior fit.

Inter tales sermones per domum gradientes³⁷ in hortum venerunt. Petronius oculos in Lygiam coniecit.

Aulus parvulus obviam³⁸ cucurrit Vinicio, qui praecessit salutaturus Lygiam, pilam³⁹ manu tenentem. Tum ad Pomponiam accesserunt, in casa⁴⁰ frondea⁴⁰ sedentem.

Postquam eam salutaverunt, Vinicius cum Lygia in scamno⁴¹ considerat, ubi adolescens in hunc modum eam allocutus est:

— Vix adultus⁴² in bellum Asiaticum proficisci debebam ubi tantum vitae castrensi⁴³ studebam. Sed ex quo te in hac domo honesta consexi, nihil ardentius⁴⁴ opto, quam ibi vivere, ubi tu victura es, Lygia.

20 vágy 21 csillapít 22 ún 23 rávesz 24 a szokottnál gyorsabban 25 szarka 26 lánc 27 teljesen 28 nélkülöz 29 halkán 30 hive 31 babona 32 tisztelet 33 pillanat alatt 34 harcos 35 megijed 36 gondozás 37 halad 38 elébe 39 labda 40 lugas 41 pad 42 fölserdülve 43 tábori 44 hevesebben.



Medicus quidam nec mane, nec vespere cibum sumebat.

Aliquando amicus quidam, qui hunc morem ignoravit, — Quid ientasti?¹ eum rogat.

— Nihil, respondit medicus.

— Et quid coenasti?

— Quod de vespere mansit. *Eug. Rätz.*

Balbutiens² I. V... v... v... vide a... a... a... avem!

Balbutiens II. U... u... u... ubi?

B. I. I... I... Iam a... a... a... avolavit.

E. Klein.


Heus puer, nummum perdidit. Si eum inveneris, cras reddes; si non, tuus sit.

G. Totis.

1 reggelizik 2 hebegő

Iosephus II. rex Hungarie, imperator Austriæ humanissimus erat etiam erga humillimos. Cum olim nobilem quendam conuenisset, qui nisi nobilium commercium³ quaereret, dixit: «Si ego semper cum mei similibus vivere velim, in conditorio⁴ familiae meae vivendum mihi sit». *L. Heigl.*

³ érintkezés ⁴ sírbolt.



I.

Ad mensam sedebat familia, et quidem: unus avus,¹ una avia, duo patres, duae matres, tres liberi, duo nepotes, unus frater, una soror, duo filii, una filia, bis bini coniuges, unus socer,² una socrus, una nurus.³ Quot ad mensam sedebant? *L. Irsik.*

II.

Haec vocabula deorsum, dextrorsum lecta idem reddunt, quod sursum et sinistrorsum.


1. Urbs Italiae
2. Adverbium
3. Percussor Clodii
4. Filius Veneris

A	A	I	I
L	L	M	M
M	M	O	O
O	O	R	R

F. Holló.

III.

L. Balog.



IV.

Pocula⁴ habeo duo (A; B) cum operculis⁵ duobus (a; b). Utrumque poculum cum operculo suo idem⁶ valet⁶ pondo⁶ (A+a=B+b); sed A tantum parte quarta (1/4) gravius est,


¹ nagyatyá ² após ³ meny ⁴ pohár ⁵ fedő ⁶ ugyanolyan nehéz.

quam B et 12 grammatibus gravius, quam b; b dimidia (1/2) parte gravius est quam a. Quantum valet pondo utrumque poculum, utrumque operculum? *P. Gözsy.*

Solutiones aenigmatum numeri 12.

I. 22. — II. IUS, MUS, PUS, RUS, SUS, TUS. — III. T(I)itus Li(go)vi(a) (m)us = Titus Livius.

Recte dissolverunt, sed pars tarde miserunt: O. Albrich, T. Blantz, A. Cseh, A. Deutsch, A. Eisinger, L. Engel, F. Enten, Érsekújváriensis gymnasiae classis VI., T. Fehrentheil, E. Finka, Elisabetha Flatt, F. Fristaczky, Z. Grosz, I. Gyurkovics, E. Haas, L. Helmrich, I. Helyey, F. Hornyák, B. Janovics, A. K., A. Kármán, St. Kolozár, F. Korányi, G. Koudela, E. Kümmerle, L. Langer, A. Lukács, Mariophilus Agriensis, Eug. Maros, F. Mantz, G. Mitosinka, C. Muraközy, S. L. Nagy, Eug. Nádor, C. Novotny, Gy. Péteri, L. Poic, T. Popu, C. Schubert, L. Schützenberger, I. Sorger, E. Szánthó, St. Szusztor, fratres Totis, St. Trájbér, Ungváriensis sine nomine, G. Vavrinecz, D. Vidats, I. Vitéz, S. Wahlner, I. Weisz, P. Winkler, F. Woititz, Eug. Zala, A. Zolnai E. Bakó, I. Dicenty, M. Gusseck (Gratium), A. Manovill, fratres Naschitz, A. Pallai, F. Rosner, F. Seidl (Gratium). Praemium *Eugenio Maros* adjudicatum est.



Lectoribus omnibus. Solutiones aenigmatum quam celerrime mittantur oportet, ut nomina solventium tempore foras dari possint. — *F. Dalnoki.* Uno alterove utar. — *Gustelle.* Solutionem bonam, sed tarde misisti. Aenigmata simillima sunt iis, quae iam publicavimus. — *Gyurovics.* «Caput Latii» fortasse edi poterit. — *E. Haas.* Haec iam meliora sunt, sed nondum optima. — *Z. Hajós.* «Aedita iri» quid sibi vult? — *I. Iaczenkó.* Difficile est. — *Lotophagus.* Recte res enarras, sed timeo ne ratio tua scribendi paullo difficilior sit. — *Mariophilus.* Non satis liquet. — *Mitosinka.* Aenigma haud facile solvi poterit. — *I. L. Nagy.* Tuum, si occasio oblata erit, fortasse in usum nostrum conferam. — *L. Poic.* Unum fortasse inseretur. — *D. Sváb.* Recte composuisti, sed dissolvi nullo pacto poterit. — *A. Spitzer.* Tuum iam prodiit. (Anni I. num. 2.) — *N. Szegedy.* Uno me usum fore puto. — *I. Szendefi.* Tuorum unum mihi placet. — *Ungváriensis.* Cur non subscripsisti nomen? — *Alfredus W.* et *Emericus K.* Vestra aenigmata nondum idonea sunt, ut edantur. — *Franciscus W.* Difficile est tuum delineari. — *Comes Z.* Salse Dicta noli mittere. Sexcenta habemus. Si aenigmata miseris, recte enarrata vel delineata, gaudebo. Item in Arenam Iuventutis. Omnia, quae ad moderatorem mittuntur, quantum quidem fieri potest, emendamus.

Sumptibus moderatorum ephemeridis: Magyar Középiskola.